

1516.

Sigismundus I. Rex Polonia,  
 Cardinali Sanctorum Quatuor  
 Coronatorum Regni Polonia  
 Protectori.

54

Reverendissime Et. Impetitur Ser-  
 vus noster Dominus Joannes Danti-  
 scus ratione custodia et canonicatus  
 Varaviensis, quae vigore sanctitatis  
 nominandi nobis a Sanctissimo Do-  
 mino nostro concessa obtinuit, a quo-  
 dam Valentino Gribard pretextu cu-  
 jusdam mentalis reservationis illius  
 Sanctitatis. Quam rem valde molesto  
 ferimus animo, quid enim in talibus  
 tenuis et involucris firmum esse potest,  
 quod a Sua Sanctitate conceditur. Ro-  
 gamus plurimam Vestram Reverendis-  
 simam Dominationem agere velit cum  
 ejus Sanctitate, ne gratia nomina-  
 tionis quam mihi concedere dignata  
 est, in fumum abeat. Nam id Brede-  
 cesores ejus Sanctitatis, nunquam  
 facere consueverunt, efficiatque Ve-  
 stra reverendissima Dominatione, ut  
 et iste mentalis reservatio non  
 inficiant jus nostrum, nobis sollemniter  
 donatum, et servus noster ampli-  
 us non turbetur, faveat nobis rem

non

non vulgariter gratam. Licet opti-  
me valeat, et nos cum negotijs no-  
stris habeat sibi Charos, et commen-  
datus. Datum Vitnae. 20